

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quod optime in oleo, & amurcares possunt conseruari. Cap. XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

& radiolum contundit, & in muriam injicit, & exemplas de muria exprimit, & in vas cum lentisci, & foeniculi seminibus districtis permiscet, deinceps recentis musti partes duas, & unam duram muriæ adjicit, & seruat, vel integras in amphoram injicit, inde duram muriæ adjicit, ut ad summum amphoræ labrum perueniat, & cum res exigit, de amphora promittur. Nigras Cato ita condit. Orchites, ubi nigræ sunt, & siccæ, sale confricato dies duos, postea salem excutito, in Solem ponito biduum. Eadem ab eo M. Varro. At Columella. Cum oliuæ nigruerint, & immaturæ fuerint, sereno coelo manu districtas secernere conuenit à vitiosis, deinde in singulos modios oliuæ salis integri ternas heminas adjicere, & in vimineos qualos cōfundere, finito triginta dies confudascere, & amuream extillare, postea vero in alueum diffunde, spongia salem munda, & in amphoram injice, sapa, vel defruto reple. Colymbades ita facere docet Diodymus. Oliuas prope maturas, cū pediculis suis lectas, frigida aqua lotas per diem vimineis cratibus assiccato, leuiter conterendo, ac in imo vasis, sale immisto, muriæ congijs quaquor, & acetii heminis tribus chœnices viginti mittito. Expletum vas commoueto, ut ius super emineat. Alij in marinam aquam oleas immittunt, post dies septem eximunt, & in vase cum muria coniectas reponunt. Sic Columella, Palladius, & alij.

*Quod optime in oleo, & amurcares possunt conservari.*

C A P. XII.

**O**LÈV M res maxime conseruat, & præcipue amurca, ut non solum ab aeris iniurijs eas defendat, sed animalium. Sed ne longioribus verbis immoremur, maximas amurcae dotes Cato docet. Amurca subigit areas terendis messibus, ne formicæ obsint, etiam

*ut frumentum perennet in horreis.*

Eorum pavimenta, ac parietum tectoriæ luto, ex amurca confecto, linit, sic

*ne vestes à tineis erodantur,*

Contra teredines, & noxia animalia amurca aspergit, sic etiam profusa.

*Semina, dum iacent in arvo, ne erodantur  
ab animalibus,*

Et ab eis tuta sint, lora etiam, ac coria omnia, accal-  
mina, axesq; decocta inungi, atq; æramenta cōtra-  
ginem, colorisq; gratia elegantiores, & toram supē-  
etilem ligneam, ac yasa fictilia. Idemque Cato

*Virgas myrtleas cum baccis seruare in amurca  
docet, vel aliud genus quoduis inter se alligato, fasci-  
los facito, eos in amurcam demittito, superstet amur-  
ca facito, sed ea, quæ dimissurus eris sumito, paulo acce-  
ra: Vas quo condideris oblinito plane. Et*

*Rosas in amurca seruare  
Didimus ostēdit, recentes, & in vigore: si ipsas in amur-  
cam immiseris, ita ut liquor eis supernater. Si voleris*

*Ramos fūlneos cum fructibus seruare in  
amurca,*

Cum suis folijs alligato, & in amurcam demittito,  
diximus de myrto. Sed si i aridæ si voles ut immiscer-  
sint, in vas fictile condito, id amurca decocta inungu-  
possunt

*Oleæ in oleo seruari:  
Nam positæ quum decolorantur, cum petiolo legiru-  
& in oleo seruantur, vt post annū representent viride-  
saporem, ac trito sale aspersas, prouocis apponunt.*

*Quomodo in scobe, folijs, & paleis obruta poma ad  
diuturnitatem reponantur. C A P. XIII.*

**V**ARIAS quoq; arbores excogitarunt veteres, qui  
rum scobe demersa poma, sua siccitate custodiun-  
tur ad diuturnitatem, vel quia arbores imputrescible  
vt cedrus, cupressus. Præterea suis quoq; frondibus,  
paleis, conseruatur enim res una quæq; in cognatis p-  
tius, quam extraneis, vt diximus de moris in situ vi-  
& de oliuis in oleo, & de vuis in vino. Quorum ex-  
pla erunt. Si velimus

*Citria in cedri scobe seruari,  
Vt docet Palladius, quod à plerisque factitatum refen-  
Eodem*